



**Ivsti Baronii Veteracastrensis SS. Th. Et I. V. D.  
III[ustrissi]mo Arch[iepisco]po Moguntino à Consilijs.  
Epistolarvm Sacrarvm Ad Pontificem Max. Et Amplissimos  
Cardinales &c. Libri VI**

**Baronius, Justus**

**Mogvntiae, 1605**

Epistola V. Illvstri Et Reverendo Dno. Ioanni Schvicardo à Cronberg,  
Metropol Eccl Mog Decano. Ivstvs Baronivs Veteracastrensis S.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70614](#)

& fama vniuersum Christianum orbem  
peruagata, instar solis cuiusdam pestilentes  
hæreticorum tenebras disspellit, lucemque  
affert illis, quos diri erroris pertinacia du-  
dum excæcarat. Quo suo archetypo cum  
satis cōmendata sit effigies mea, plurib<sup>o</sup> e-  
go verbis illam commendare desino, ac me  
potius ad familiam meam conuento, tu<sup>o</sup>  
ILL<sup>me</sup> PRINCEPS benignissimæ gratiæ com-  
mendatam, quam ut illis desiderio mei ac-  
censis magis magisque accommodare, ac si  
quo libebit signo confirmare digneris, ma-  
iorem in modum peto atque obiecero. Erit  
ea res non paruæ tibi apud pates laudis se-  
mentis, præmij verò apud Deum etiam  
hostimentum. Cuius ut tibi numen perpe-  
tuo adsit, ex animo precor ac voueo. Vale.  
Romæ è Palatio Baroniano. 3. Non. Iulij. M.  
DCH.

---

EPISTOLA V.

ILLVSTRI ET REVERENDO  
Dno. Ioanni Schvicardo à Cronberg,  
Metropol<sup>x</sup> Eccl<sup>x</sup> Mog<sup>x</sup>  
Decano.

IVSTVS BARONIVS VETERA-  
castrensis S.

POSTEAQVAM à vobis discessi, ILLV-  
STRIS ET REVERENDE D<sup>ne</sup>, recta per  
P 4 Pala-

*Palatinatum, mutato nonnihil schemate,  
a Plutar. de ac pressa in diuersoriis persona (sicut a anse-  
soleria ani res Cilices Taurum transuolaturi, metu aqui-  
mam.)*

*larum Iuste magnitudinis lapide in os sumpto  
taciturnitatem sibi imperant.) Argentinam  
prexi: inde per Alpes, Lombardiam & Mar-  
chiam Roinam. Vbi hospitem nactus ma-  
gnificum magis an humanum, sanctum an  
doctum dubito, Cardinalem Baronium, al-  
teram nunc septimanam in obeunda vrbe,  
visendis templis, admirandis omnis gene-  
ris reliquiis ac trophæis, precibus denique  
ad limina Principum Apostolorum fun-  
dendis consumo, memor tui, memor sin-  
gularis tuæ in me beneficentiae ac hospita-  
*b Auson. in litatis, atque (vt ait b ille) gratias agens non  
Gratiar. Act ad Gra in sacrario modo Pontificalis Oraculi (qui lo-  
rianu Imp. quis horrore tranquilla & paurore venerabili  
ebinitio. raro eundem animum præstat & vultum) sed  
vsg quaq, tum tacens tum loquens: tum in  
catu hominum, tum ipse tecum: & cum voce  
patui, & cum meditatione secessi, omni loco, a-  
cta, habitu & tempore. Nec mirum, si ego ter-  
minum non statuam tam grata profidendi,  
cum tu finem facere nescieris mei honorandi.  
Fareor etenim palam, quicquid hactenus  
Moguntia in me contulit, tuo vnius auspi-  
cio collatum esse, cuius etiam in sub alis  
suauiter familia requiescit, vnius Cronbergij  
rectis gaudens, vnius Cronbergij patrocinio  
fidens:**

fidens: quod hic sūmis pariter ac imis, notis  
& ignotis magna vt dixi laude tua p̄dicare  
haud cesso, neque dum viuam ceflabo: tan-  
tum ne tu hunc ad te redundantem laudis  
fructum vilem arbitrere. <sup>c Val. Max.</sup>  
virtutis uberrimum alimentum: <sup>d hoc ηδισον</sup> lib. 2. ca. 10.  
<sup>d Xenoph.</sup>  
ἀρρόαπα, <sup>e maximum</sup> honorum extēnorū, <sup>f in Hieron.</sup>  
<sup>f cuius dulcedine nulla est tanta humilitas, siue Tyrann.</sup>  
<sup>nico.</sup>  
quin affatim tangatur. Macte animo Illu-  
stris vir, tu mihi Deus, tu mihi pater: ego  
virtutum tuarum haud negligens præco, <sup>e Arist. 4.</sup>  
<sup>Ethic. ca 3.</sup>  
<sup>f Val. Max.</sup>  
Christus uberrima merces: cuius ego te cu- <sup>lib. 8. c. 14.</sup>  
ræ totum tuosq; commendō. Vale, atq; er-  
ga familiam qui soles, esse perge. Romæ ē  
Palatio Baroniano, Prid. Non. Iulii. M.  
D. CII.

## EPISTOLA VI.

IUSTVS BARONIVS VETE-  
racastrensis

JOHANNI MVLHVSINO, SO-  
cietatis Iesu Theologo S.  
P. D.

CVM XII° Kalend. Iulii Romam venis-  
sem, neq; maturius propter itinerum  
& calorū difficultatem venire potuisse,  
optatissimo inuentō hospite, Cardinale Ba-  
ronio, maximè conuenire officio meo, Ec-  
clesiæq; conducere putaui, prospicere ea  
qua